



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

Secundi libri explanationum in Zachariam istud exordium est: quem tanta ce-
leritate dictamus, vt penè non sit emendandi spatium, dum frater Sionnius Aegy-
ptum ire festinat, vt odorem bonæ fragrantis, qui à te missus est fratribus, illuc quo-
que perferat: Et nequaquam Aethiopiæ flumine, sed Galliarum largissimis aquis
rigentur à tua sitientia.

S. Hiero-
nymi te-
stimoniū
de odore
virtutum
S. Exuperij

OCTOBER.

VITA S. MARCELLINI RAVENNA- TIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN HIE- ronymi Rubei viri doctissimi historiarum Rauennatum lib. 1.

Octob. 5.

S. Marcellinus fit
Rauennatum Anti-
fices.



Quere ei-
pationem
praesenti
Tom. 13.
Februarij.

S. Marcellinus, An-
tistes.

AGAPITO, Rauennatum decimo Archiepiscopo, Mar-
cellinus successit, trigessimū circiter annum supra ducen-
tesimum ab ortu Christi, Urbano adhuc Romano Ponti-
fice. Septem & quadraginta annis Rauennati Ecclesia præ-
fuit Marcellinus, tanta sanctitate atque innocentia, vt vel
sola opinione homines à maleficio deterreret, & ad leges
diuinas seruandas ac colendas inflammarer. Sæpius caco-
dæmonum furorem (tanta in illo fuit magnitudo & præ-
stantia benignitatis diuinæ) nullo labore compressit. Cum
que virum sanctum illi, dispositis insidijs, vallatum tenerent ac circumuenerent: eo
Deum suppliciter inuocante, statim prostrati, misereque afflicti sunt. Huius tem-
pore Fusca virgo nobilis Idibus Februarij sub Quintiano præside, qui in Sicilia Aga-
tham trucidauit, ob Christi religionem Rauennæ interfecta est. Ea quoque tempe-
state adeo in Christianos sauitum est, vt paucissimæ eorum familia, nedum ciuita-
tes, eius calamitatis expertes fuerint. Nam Germani, Alpibus, Rætia, vniuersaque
Transpadana Gallia penetratis, Rauennam vsque, facta excursionem, omnia depræ-
dati sunt: & vndique nouæ gentes sinibus egressæ, ipsum orbem vniuersum perur-
baturæ videbantur. Gothi in Græciam, Macedoniamque erumpunt: Quadi & Sar-
mata Pannonias depopulantur: Germani occupant Hispaniam: ipsumque Impe-
rium ab tyrannis triginta arripitur. Sub id igitur tempus Marcellinus Rauennatū
Antistes, in tanta perturbatione, vario rerum euentu, misere grauiterque affectus,
animam exhalauit tertio Nonas Octobris. Dum extremum spiritum duceret, eius
cadauer ferunt vnguentorum suauissimorum diuinum odorem effluisse. Sepultus
est in diui Probi basilica.

VITA S. ATILANI EPISCOPI ZA- MORENSIS ET CONFESSORIS, VT HABETVR in Lucij Marinei Siculi, Regij Historiographi, de rebus Hispaniæ libro quinto.

5. Octob.

S. Attilanus
fit mona-
chus.

Creatur
Prior.
Fit Episco-
pus Zamorensis.



PER AE precium est, Sanctorum vitam, virtutes & gesta
cognoscere, vel propter eorum memoriam, quæ semper
eluceat, vel maximè propter exempla, quæ sunt nobis salu-
tiferæ documenta. Quare beatus Attilanus annum agens
quintum & vigesimum, audiens in Morerola monasterio,
quod à Samora nō longè distabat, homines sanctissimè vi-
xisse, illuc statim se contulit. Vbi decennium sub Floriani
Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem, sanctita-
temque cognoscens Florianus, eum in monasterij Prio-
rem constituit. Quorum temporibus Zamorensis atque Legionensis pontifices
à mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus
in Legionensi successerunt, propterea quod per omnem regionem clarissima
eorum

SURIUS

alter
nomen
RVITI
5

eorum fama virtutum peruolabat: Qui die sancti Spiritus illo mysterio fuere roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesque populos summa cura gubernabat, & annos fere decem magnos & assiduos labores tolerabat. Qui memor exacte vite, criminumque suorum quae antea commiserat, peregre proficisci statuit. Episcopatus itaque reditus pauperibus mandat communes fieri, quod multis rationibus suos hortatur, quoniam necessitate coactus, se per aliquot tempus recessurum dicebat. Quod si secus mandatum fecissent, Deus iratus maledictione condemnaret. Hoc audientes, qui vitam eius nouerant, clamant omnes: Te sequemur quocunque vadis, o mortalium omnium clementissime, quare nos in tanta calamitate relinquis? Per Deum unicum quicquid rogas, nos facturos testamur. Ille autem fidem verbis illorum adhibens, cum eos benedixisset, statim discessit. Cumque venisset ad pontem prope templum sancti Laurentij, annulum quem digito gestat, de ponte proiecit in flumen, dicens: Quando annulum hunc reuidero, tunc ab omnipotenti Deo omnium delictorum meorum veniam promerebor. Inde autem discedens cum vno comite quem plurimum diligebat, adeo festinauit, vt eum defatigatum reliquerit in itinere. Solus itaque se pannis induit quam vilissimis, adeo vt a nemine cognosci posset, & duos annos elemosynis viuit. Quem tandem vox in somnis audita, diuinitus sic admonuit: Attilane, iam tuum ad pontificatum perge, tua enim exaudita sunt preces. Ipseque praeccepto audito, se itineri accinxit. Venit itaque nocte ad eremum quae sancti Vincentij de Cornu vocabatur, & conuicina sancto sepulcro, vbi quaedam muliercula cum marito suo illum in paruo domo receperunt, eique coenam non lautam quidem dederunt. Manet autem maritus & vxor pro piscibus ad Episcopi domum vadunt, vt antea consueuerant, & Attilanum rogant vt interim domum custodiat. Quibus dantur pisces, in memores vnus quem domi reliquerant, reuersi pro eo dederunt piscem maioris ponderis. Quos pisces Attilanum rogant vt praeparet, donec ipsa pro aqua, & maritus pro igne vadunt. Quibus Attilanus respondit, obsequenter. Cumque maiorem piscem accepisset, dum eius viscera volueret, annulum quem a ponte deiecerat, inuenit. Tunc repente pronus, & genibus flexis Deo gratias egit, & continuo sponte campanae sonitum dederunt, & magna totius ciuitatis admiratio orta est. Quapropter per omnes domos, & hospitia atque hospitales perquirunt, nihilque comperiebant. Cum essent itaque omnes solliciti, tandem vir quidam, procurator rei familiaris Episcopi, meminit de viro quodam, quem muliercula sibi dixerit hospitatum apud se, nescius cuius dignitatis esset. Omnes illuc concurrunt sacerdotes, & tota ciuitas. Attilanus autem veste non preciosa, neque noua, sed vilis atque detrita inuentus est, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes & Deo gratias agentes, cum magno gaudio reduxerunt in ciuitatem: qui postea vixit annos circiter octo, sanctis semper operibus incumbens. Quem vita functum nomine ciuitatis, Urbanus Pontifex Maximus, in sanctorum numerum canonizationum aggregauit. Anno millesimo secundo, quo regnabat in Hispania Rex Henricus.

Subtrahit se ab Episcopatu ad tempus, vt peccata sua desinat

Viuit ex elemosynis,

Cognoscit ex inuero annulo dimissa sibi esse peccata.

Redit ad suam mendaciam.

Defunctus ad sanctos describitur.

MARTYRIUM SS. FAVSTI, IANVARII ET MARTIALIS, AVTHORE LVICIO MARINEO SICULO, Regio historiographo, de rebus Hispaniae libro quinto.



L I M cum Praeses Eugenius Cordubam venisset, ei Faustus, Ianuarius, & Martialis occurrerunt dicentes: Quid tibi vis Eugeni, q Dei seruis maus inuidere quam credere? Tunc Eugenius ira percitus, dixit: O infelices homines, quid vos esse vultis? Faustus respondit: Nos Christiani Christum fatentes, qui Dominus vnus est, per quem omnia & nos per ipsum facti sumus, Eugenius dixit: Vnde vobis est haec tam desperata societas? Faustus respondit: Desperatio in nobis non est, nisi in te solo, qui nos Deum negare frustra compellis. Hoc cum dixisset Faustus, magis iratus Praeses, Imponite, dixit, Faustum in euleo, qui tam irreuerenter mihi respondit. Tunc Ianuarius Fausto dixit. O charissime, tu pro no. Faustus

13. Octob.

Martyrii confessio.

no. Faustus